

**MASS PROPER: NOVEMBER 15, ST. ALBERT THE GREAT,
DOCTOR OF THE CHURCH**

MASS (*In médio*) (white)

INTROIT Eccl. 15: 5

In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. -- (Ps. 91. 2). Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. V.: Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. -- (Ps. 91. 2). It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V.: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

COLLECT

Deus, qui beátum Albértum Pontíficem tuum atque Doctórem in humána sapiéntia divínæ fidei subjiciénda magnum effecísti: da nobis, quæsumus; ita ejus magistérii inhærére vestígiis, ut luce perfécta fruámur in coelis. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, who to subject human wisdom to divine faith hast made great Thy Bishop and Doctor blessed Albert, grant us, we beseech Thee, so to follow in the path of his teaching as to enjoy perfect light in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 2 Tim. 4: 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem auditum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be

evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delibor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

GRADUAL Ps. 36: 30, 31.

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur júdíciúm. V.: Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V.: Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 5: 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvete legem aut prophétas: non veni sólvete, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum:

turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. V.: The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. V.: (Eccl. 45. 8.) The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall

qui autem fecérit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTORY Ps. 91: 13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Sacrificiis præsentibus, Dómine, quæsumus, inténde placátus: ut quod Passiónis Filii tui Dómini nostri mystério gérimus, beáti Albérti intercessióne et exémplo, pio consequámur afféctu. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Per hæc sancta quæ súmpsimus, ab hóstium nos, Dómine, impugniatiónis defénde: et intercedénte beáto Albérto Confessóre tuo atque Pontífice, perpétua pace respiráre concéde; Per Dóminum. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

Mercifully regard this, our sacrifice, O Lord, that what we offer up in the mystery of the Passion of Thy Son our Lord, we may, through the intercession and example of blessed Albert, receive with pious affection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

Through this holy nourishment which we have consumed, defend us, O Lord, from the onslaughts of our enemies, and grant that through the prayers of blessed Albert, Thy Confessor and Bishop, we may be gladdened by perpetual peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.